



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 4. Epistola ad Ephesios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

qui me in Ministerio adjuvant, & onus
meum mibi multo levius effecerunt. Et
iam Epapbras concivis vester vobis salu-
tem dicit, est enim is servus Iesu Christi,
qui semper fervidas pro vobis preces ad
Deum fudit, ut constantiam det vobis
Deus & progressum in virtutibus, & re-
signationem in Dei voluntatem; testis ego
sum sollicitudinis, quam pro vobis, Lao-
dicensibus, & Hierapolitanis gerit. Vo-
bis Lucas Medicus charissimus, & Demas
salutem dicunt. Fratres Laodiceæ sa-
lute mibi, & Nimpbam, & Ecclesiam,
quæ in ejus domo est. Postquam hæc Epi-
stola apud vos lecta fuerit, prælegatur et-
iam Ecclesiæ Laodiceæ; quæ vero ad Lao-
dicenses directa est, etiam coram vobis le-
gatur. Archippo meo nomine dicetis; ut
Ministerio, quod a Domino accepit, invi- Chrysost. in
gilet, & perficiat. Hæc verba conjicien- Epistol. ad
di ansam præbent, Archippum Colos- Phil. iuit.
sensem Episcopum, aut saltem ex præ-
cipuis ejus Ecclesiæ Clericis fuisse. De-
nique sic finit Apostolus: Salutatio hæc
mea manu scripta est. Mementote vin-
citorum meorum. Gratia sit vobis. A-
men. Talis est Epistola ad Colossenses.

§. IV.

Epistola ad Ephesios.

Si aliquando S. Paulus ad Laodicenses
scripsit, illa epistola desideratur. Im-
Hist. Eccles. Tom. I. N mo

Sæculum I. mo quædam epistola, quæ hunc titulum
A. C. 54. præferebat, ab antiquis pro apocryphi

Hieron. de habitæ est, & rejecta. Aliis, hanc episto-

script. in lam ab Ecclesia Laodicensi ad S. Paulum

Paul. Chrys. datam fuisse, opinio insedit. Non nulli

hom. 12. in titulum Epistolæ ad Laodicenses illi at-

Col. 4. 16. tribuerunt, quæ hodie ad Ephesios nun-

Theod. in cupatur. Quomodo cunque autem res

Col. init. se habeat, Epistola ad Ephesios circa idem

tempus scripta est, Romæ, cum S. Paulus

esset in vinculis, & Tychico credita, ei-

dem, qui Epistolam ad Colossenses tulit.

Eph. 1. 21. Apostolus in hac Epistola sicut in priori JEsu Christi præcellentiam super omnia sublimat; quem super omnem Principatum, Potestatem, Virtutem, Dominationem esse affirmat. Præcipue de gratia vocationis pure gratuita, qua Gentiles ad fidem invitantur, disputat; videtur enim Apostolus hanc Epistolam maxime in Gentilium gratiam scripsisse, in qua vo-

cationis Mysterium dilucidat. Gratia-

rum differentiam, quas Christus JEsus in

suam Ecclesiam diffundit, designat; dum

dicit, quosdam posuisse Apostolos, alios

Prophetas, alios Evangelistas, alios Pasto-

res, & Doctores. Priora gratiarum dona,

nempe Apostolis, Prophetis, & Evangelistiis concessa, Ecclesiæ Catholicæ fundan-

dæ data sunt; Pastores vero, & Doctores

in Ecclesia, id est, Episcopi, & Presbyteri,

ideo sunt vocati, ut Ecclesiam usque in

finem sæculorum regant. Tum

Tum Apostolus de Matrimonio disse-
rens, inquit: *Magnum hoc est Sacra-
mentum, dico vobis in JEsu Christo, & Eccle-
sia.* Quia unio viri, & fæminæ ex insti-
tutione divina amorem JEsu Christi erga
suam Ecclesiam adumbrat. Sæpe de suis
vinculis loquitur. De Tychico ferme 3. 1. 4. 1.
eadem repetit, quæ in epistola ad Colos- 6. 20.
senses; *ut sciatis,* inquit: *quomodo va- Eph. 6. 21.
leam, & quid agam, mitto ad vos Tychi- Col. 4. 7.
cum dilectum fratrem nostrum, & fide-
lem Domini Ministrum.* Tychicus igit-
ur utriusque Epistolæ bajulus fuit; &
commodum accidit, quod præter Ephe-
sum via Colossam, & Laodicæam du-
ceret.

Sæculum I.
A. C. 54.

5. 32.

§. V.

S. Marcus. Ecclesia Alexan- drina.

S. Marcus interea Ecclesiam Alexandri- *Herodion*
nam regebat. Erat hæc civitas, si l. 7.
Dominationem spectes, toto terrarum
orbe soli Romæ secunda, si vero commer-
ciorum amplitudinem, & portus ad Nili
ostia siti commoditatem, facile omnium
prima. Indiarum opes per mare rubrum
affuebant, inde in omnes terras, quas
mediterraneum alluit, dividendæ. Hinc
opulentia, magnificentia, & populorum
frequentia eminebat. Præter Græcos ex

N 2 primis